



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 23. Episcopus Uratislaviensis vexatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII.  
A. C. 1285.

§. XXIII.

*Episcopus Uratislavensis vexatur.*

*Longin. l. 7.* Henricus IV Silesiæ Dux ironico co-  
gnomine Bonus, cum factos in bel-  
*p. 835.* Cromer. l. 10. olum per injuriam gestum sumptus sibi  
*p. 172.* compensandi gratia Thomæ Episcopo U-  
ratislavensi, universoque diœceseos Cle-  
ro magnam pecuniæ pensionem sine ullo  
jure imperasset, eam denegantum bona  
omnia & cunctas postea decimas occu-  
paverat. Itaque Thomas lenitatis vias  
expertus inutiles, querelam suum ad Ja-  
cobum Svincam Archiepiscopum Gnes-  
nanum Metropolitam suum detulit: qui  
die Epiphaniæ an. 1285. Lanciciam con-  
cilium convocavit. Comparebant ibi

*to. II. conc.*  
*p. 1238.* Paulus Cracoviæ, Joannes Posnaniæ,  
Vislas Uladislaviæ, & Volmirus Lusucæ  
Episcopi magno cum numero Abbatum  
aliorumque Præsulum. Concilium Du-  
cem & partes ejus anathemate, ac to-  
tam diœcesim Uratislavensem interdicto  
affecit.

Id cum soli Fratres Minores in S. Ja-  
cobi coenobio intra urbem sito non ob-  
servarent, Fratres Prædicatores cum omni  
Clero & ipso Episcopo pulsati fuere. Post-  
quam hic Præsul in Silesiæ ac suæ diœ-  
cesis urbem Ratiboram profectus ab hu-  
jus Domino Ladislao Opoliæ Duce co-  
miter

miter receptus fuerat, Dux Henricus Sæcul. XIII.  
eum propterea ibi oppugnavit murmu- A. C. 1285.  
rantibus contra Thomam ejusque Clerum  
civibus, quod ipsis annonæ penuriam  
accivissent. Ergo Episcopus periculum  
subire, quam populo, cui devinctus esset,  
ærumnam parere maluit: & pontificiis  
indutus vestibus quosdam de Clero suo  
sacris etiam ornamenti amictos ex urbe  
ad castra Henrici recta ducebat via. Qui  
inopinato spectaculo motus relicto ten-  
torio non tantum obviam venit Antistiti,  
sed & ad pedes accidit. Erexit hic il-  
lum: & post mutuos inter lacrymas am-  
plexus remotis arbitris propinquam  
S. Nicolai ædem ingressi redierunt in  
gratiam: quippe Dux se Præsuli, Eccle-  
siis, & Clero adempta omnia redditurum  
pollicitus obsidionem Ratiboriæ solvit:  
& Archiepiscopus Gnesnanus censuras  
fustulit. Sed hoc non ante factum quam  
anno 1287.

#### §. XXIV.

##### *Status Ecclesiae Græcæ.*

Imperator Andronicus Palæologus ex  
Anatolia Constantinopolim reversus  
non mutabat suum schismaticos recon-  
cilandi consilium. Confirmabant id po- Pach. l. 7.  
tius perhibita quædam portenta, quæ c. 30.  
timidum ac superstitiosum ejus animum  
vehe-